



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 17. De duabus antiquis vocibus, Tamenetsi & Insuperhabere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

Neque minus iustè ac grauiter reprehenditur ab eo-  
dem Plutarcho, quòd τὸ ἀλγῆν posuisset αὐτὶ τὸ ἀλγεῖν.  
Cuius enim stuporis est, confundere id quod dolor-  
um excipit, ac patitur, cum eo quod dolorem facit?  
At istas curas vocum, verborumque elegantias, ait  
Gellius, non modò non sectatur Epicurus, sed etiam  
insectatur. Nostra sanè nihil interest, quid ille aut  
seetur aut insectetur. Sed qui tam saepe monuerat,  
diligenter videndum esse, quæ vis, quæque notio vni-  
cique voci subiecta esset, tam negligens esse in lo-  
quendo non debuit, vt aliud sentiret, aliud diceret.  
Neque si Epicuro esse negligenti licuit, causa illa est,  
cur alii diligentibus esse non liceat.

*De duabus antiquis vocibus, Tamenetsi &  
Insuperhabere. C A P. XVII.*

Voces quasdam Latinas, quæ iam ita exoleue-  
rant, vt propè à nemine agnoscerentur, retraxit  
er fuga summus, & cum illis veteribus comparandus  
I. C. Iacobus Cuiacius: quas diligenter retinendas  
censeo, & quām plurimis testimoniis corroborandas:  
ne lingua satis per se inops, nostra negligentia, atque  
incuria magis etiam pauperetur. Ex illis vocibus est  
tamenetsi, pro tametsi: de qua, quoniam nonnullos ad-  
huc dubitare video, proponam hīc locos aliquot, pra-  
ter eos quos attulit Cuiacius: ex quibus constet fre-  
quentem apud veteres illius usum fuisse. Plantus Mi-  
line: Deos sperabo, tēque postrem: tamenetsi istuc mihi  
scerbum est, quia hero te carentum est optimo. Cicero in  
Verrem: Hoc si tuus inimicus tibi fecisset, tamenetsi animo  
quo prouincia tulisset, inimici iudicium graue vide-  
tur. Idem libro XII. ad Atticum: & tamenetsi con-  
tra congressus sumus, scribes ad me, si quid habebis.

V Cæsar

Muretti  
lectiones

III  
23

Cæsar libro septimo De bello Gallico: Quæ simili  
Cæsar intelligebat, etamen quām mitissimè potest, legi  
appellat. Idem eodem libro: Ac tamen est si dextrum  
vix eceris animaduertebantur. Ennius: At Romana  
tamen est si res bene gesta est, Corde suo trepidat. Loc  
in carmine ad Pisonem: tamen est si bella quierunt, Si  
periit virtus. Seneca libro quinto De beneficiis: Cui  
venet si malus est, ipse quoque in simili materia graue  
debet. Eiusdem generis est verbum insuperabitur  
pro eo quod est negligere: cuius ipse testimonio me  
ta ex libris iuris: vnum præterea ex Appuleio proponit.  
Sed & Gellius cap. x i x. libri primi eo verbo vñit  
Eam, inquit, constantiam, confidentiamq; non insuper  
bendam intelligit. Ita enim planè, id est, non durante  
vocabus, sed uno iuncto verbo legitur in veteri libri  
Fuluij Vrsini. Appuleius quoque libro primo De  
no aureo: Hic qui meis amoribus insuperabitur, non solum  
me diffamat probris, verum etiam fugam instruit. Ita enim  
habent veteres libri, non, ut editi, subterhabitur.

*Locos quosdam è primo Rheticorum Aristoteles  
telis è Platone sumptos videri.*

CAP. XVIII.

**N**ON semper nominat Platonem Aristoteles, ne  
que cùm ab eo dissident, neq; cùm ab eo aliquis  
sumit, neque denique cùm quid dicit, quod ad illud  
quem Platonis locum pertineat: sed interdum, quod  
præteriens, & aliud agens, id facit: ita ut lectorem  
minus attentum facilè lateat. Ut libro primo De  
te dicendi, cùm opus ac finem Rhetorices, ait, non  
in persuadendo positum esse, sed in videndo, quidam  
quaque re aptum sit ad persuadendum: non dubium  
est, quin